

P I S A

1 6 0 8

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI;
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Hd. 22.

III
an 2 3
**DISPUTATIONVM
QVÆSTIONVM ILLVSTRIS
VM, EX LOGICIS. PHYSICIS.**

ETHICIS, ET METAPHYSICIS

P R I M A,

Quam

D. O. M. D. & A.

Sub Praesidio

M. IOANNIS ÆSCHARDT
Halb. Sax.

Exercitij gratia defendendam suscipit
IOANNES GNEVSSIVS
Görlicensis Lufatus.

Ad diem 24. Iulij, hora locog̃ consuetus.

32(0)32

32

I E N AE

Typis Tobiae Steinmanni, Anno M. DCI.

JNTEGERRIMIS, PRV-
dentia, longoq; rerum usu prestantissi-
mis Viris,

DN. ANTONIO Schmidt/
Ampliss. & Consultiss. Viri, Dn. GEOR-
GII Schmidt / Cons. olim Reipub. Gor-
licensis vigilantissimi F.

DN. HENRICO Kropff/
Reipub. eiusdem civibus primarijs.

*Adfinibus ac fautoribus submisse
colendis*

Offert ac dedicat

Ioannes Gneuß
Respondens.

DISPV TATIONVM
QVÆSTIONVM ILLVSTRI-
VM. EX LOGICIS, PHYSICIS,
ETHICIS ET METAPHYSICIS.

PRIMA

Respondente
IOANNE GNEVSSIO GOR-
licio Lusato.

I.

Verum communitas Logica ea-
dem sit cum illa, qua est Meta-
physica. N.

R. Quia communitas Logica restringitur
tantum ad modum sciendi, seu τέων τῶν οὖν, Metaphysica
vero ad res ipsas, est enim rerum, & principiorum communissimo-
rum scientia; modus autem considerandi facit differre scientias. Hinc
Logica haud quicquam scit, sed quomodo scientia res sint compre-
hendendæ, rationem, & modum praescribit, quæ communis est ars
pertinens ad omnes scientias: vel ut breuissimè dicamus, commu-
nis est Logica non ut scientia, sed ut instrumentum, quo pacto illud
commune vocatur, quod nullius est proprium.

II.

Verum Logica subiectum adæquatum sit
ENS, & NON ENS quatenus ENS N.

i. Quia tunc non differret à Philosophia prima, perperam
autem sit diversas disciplinas circa idem subiectum versari, idem vero

A 2

subiectum

subiectum est, quod modus considerandi non distinguit. 2. Quia cum oporteret Logicam omnes Ens qua-tale est affectiones enumereare, cum tamen contrarium accidat, quia sub notione argumenti omnia recensentur, quod intentionis vox non rei est. 3. Quia vi-
tium in adiecto, quod vocant, committitur quando Ens & non Ens
qua Ens consideratur; modus enim considerandi totum subiectum
vespicit, non verò aliquam saltem eius partem.

III.

Utrum Logica reverâ gemina sit Naturalis, & Artificialis. N.

1. Quia Logica ars semper notat habitum, qui naturâ nullus
datur: sed tantum secundum naturam est, vel τῇ ἐμπάγει, vel πα-
στι, nisi οὐαγύμως; artis enim opus efficere nonnunquam poterit quis
υπὸ τούτης καὶ ἀλλα ταῦτα μέντοι ut ait Philosophus. 2. Quia si naturalis
Logica accipiatur pro ea, quae τῇ φύσῃ est simpliciter, non κατὰ φύ-
σιν nuda erit potentia, cui non nisi ut dictum à quo loco habitus tri-
buitur.

IV.

Utrum Logica rectè finiatur, & à ergib⁹ ars bene differendi. N.

Quia nec genus, nec differentia qua fine exprimitur quadrat,
neutrū enim veram Essentiam suū explicat, primo enim id ipsum
colligitur è definitione artis, quam ex Philosopho contra Luciani illam
hic sustinebimus; tum ultimus finis in bene differendo non est, sed sub-
ordinatus tātum, ille verò hoc semper potior. Instrumentalis igitur ha-
bitus erit pro distinctione veri à falso; atq. hanc habituū differentiam
probamus ex Philosopho qui & in Metaph. hoc pacto distinguit, dum
inquit; ἀτοποί αὕτη ταῦτα διαίρειν καὶ τεθων εἰπεῖν; Et lib. de
part. animal. discernit inter διαίρειν καὶ παραδίαιν.

V.

Utrum cognitio Physica procedere debat cam qua est Metaphysica.

Metaphysicæ cognitio prior est natura, Physicæ verò facilitate:
Et Metaphysica quidem 1. quod communissima sit & ratione subiectū
& Principiorum, 2. quod reliquarum scientiarum subiectum, &
principia

principia & quod sint, & quid sint nominaliter è philosophia prima cognoscatur. Physica vero 1. quod èn apodictis sua considerata proindeq; parum abeat à sensibus. Concretum enim suo abstractio nonius. 2. quod Ens saltem partem compleetur, sportuit igitur Ens prius esse dividuum, partis vero quam totius cognitio facilior, licet extra totum non sit, extra quod tamen poterit considerari.

V I.

Utrum Physica sit propriè scientia. A.

1. Quia participat omnia veræ scientiæ requisita; subiectum quo ad hanc enas mutabile est, immutabile vero, quo ad speciem: Similiter que effecta Physicæ vulgo tribuuntur, ut prognostica, ea potius Physici sunt, quam scientiæ, quod autem de causis per accidens agat èn apodictis sit, non apodictos, quæ enim pœcè fūtū sunt minime confundi oportet cum ys, quæ tñ fūtē sunt, & nata fūtū.

V II.

Utrum Physica sit scientia subalternans, Medicina vero subalternata. N.

1. Quia distinctio hæc inter subalternantem scientiam, & subalternatam, disciplinas Mathematicas non egreditur. 2. Quia subiectum scientiæ subalternantis oportet abiunctum esse ab omni materia, & sensili qualitate, in subalternata vero cum materie, & sensili qualitatibus additione considerari. Physica vero quemadmodum superius dictum, subiectum habet èn apodictis.

V III.

Utrum Ens mobile, an vero corpus naturale sit subiectum Physica. A.

Pro corpore naturali. 1. Quia substernitur omnibus passionibus, Ens equidem mobile eodem modo, sed non aequè convenienter, ridiculum enim foret dicere, Ens mobile moveretur. 2. quia evidenter exprimit causam, & radicē, ut loquuntur Scholastici DD. passionum, natura enim principium motus est, cuius in subiecti denominatione explicitè fit mentio. 3. Quia exprimit principium quietis, quæ similiter corporis affectio est, id vero haud facit Ens mobile.

A 3

Utrum

IX.

Utrum Ethica eadem constet methodo,
qua scientia reliqua, an propria, & pecu-
liari. A.

Hoc. 1. Quia in alijs scientijs, & in Ethicis non est idem no-
tium, in illis quidem simpliciter principia, in hisce vero finis a notiori
vero semper faciendum initium. 2. Quia quod sunt principia in
scientijs, id ipsum finis est in Ethicis, utrāq; enim rationem habent
præmissarum; præmissæ vero conclusione sua semper priores: Ut
enim principiata e suis principijs notificantur: Sic media è suo fine.
Sive igitur a fine, sive a medijs fiat initium, circa notionem tamen
finis media cognosci, & discerni minimè possunt, quo fundamento
quæ inter Zabarell. & Piccolom. extitit controversia haud aegrè
componitur.

X.

Utrum Institutio Ethica Sacrosancta
Theologiae repugnet. N.

1. Quia non habent idem subiectam circa quod occupantur,
neg; idem genus extra quæ nulla datur repugnantia vera. 2. quia
non habent modum considerandi contrarium, Ethica enim homi-
nem informat, ut vulgo dicitur, ad forum fori, Theologia ad forum
poli: 3. Quia virtus Ethica cum fide Theologica simul stare potest,
quandoquidem religio societatem honestam non tollit, neg; abolet.

XI.

Utrum tres illæ ut vulgo dicuntur Leges,
in tractatione Ethica obseruari queant. N.

1. Quia tres hæ conditiones, sive notæ scientiarum, id est, re-
rum necessariarum, & immutabilium, è quibus propositiones post-
modum contexuntur, sunt propriae, Ethica vero ut Philosoph. testis est
δοκεῖν νόμον εἶναι φύσις δέρμα; ἀγαθόν τὸ τοῖς τοισταρ, καὶ οὐ τοῖς
τολέσεισας, ταχυδάτις καὶ τύπω ταῦτα εἰδενεῖσθαι, καὶ τοῖς ταῦτα εἰσί-
το πολὺ, καὶ εἰ τούτοις δινοτας εἰναιτα, καὶ συμπεριενεῖσθαι. 2. Quia
propriè respiciunt ea, quæ natura insunt, non vero quæ inesse debe-
ant, homo enim res necessarias non facit, sed natura, extra hominem
non

non sunt Ethica, neq; primò in reb. 3. Quia omnium virtutum
praxes singulares sunt, & coniunctæ cum circumstantijs.

XII.

Utrum virtus boni viri alia sit specie ab
ea quæ est boni civis. N.

1. Quia Ethica subordinatur politiæ, quæ ob id de ceteris non
nuncupatur, igitur & virtus quæ boni viri est, ei quæ est boni civis;
in subordinatu vero non habet locum specifica differentia. 2. Quia
in uno & eodem sunt respectu eiusdem ultimi, benum enim civem
oportet prius bonum virum esse, querit autem bonus vir, bonum pro-
prium & privatum, civis autem bonus alienum & publicum, ideoq;
necessum non est, vi qui bonus vir sit, idem quoq; sit & bonus civis.

XIII.

Utrum necessum sit Metaphysicam po-
nere. A.

1. Quia quot sint rerum differentiae, totidem sunt & scientiae
considerantur verò res vel sub ratione Entis uniuersalis, vel specierum
Entis, habentq; communia quædam inter se, & propria. E. 2 Quia
nulla scientia particularis transcendent latitudinem sui subiecti,
scilicet inquit Philosophus τῶν ἀκαδημαϊκῶν οὐδέτερος οὐδὲν.

3. Quia omnis genus & sensus unus unius est, & scientia. Quare,
τὰ οὐτούς οὐδεὶς εἰδεῖ περισσότερον τῷ γενέσθαι, τὰ δὲ εἰδεῖς τῷ εἶναι.

XIV.

Utrum contemplatio Metaphysics, &
aliarum scientiarum circa idem una sit &
eadem. N.

1. Quia Metaphysica omnia sua considerat quatenus sunt vel
species Entis uniuersalis, vel communissima ejusdem principijs, parti-
culares verò scientiae quatenus habent rationem subiecti, vel principij
proximi, ut videre est in materia, forma, privatione, numero, quanti-
tate, &c. 2. Quia multa insunt rebus, quæ revera inesse, probari non
possunt nisi de Ente uniuersali, ut totum, pars, idem, diuersum.
3. Quia Metaphysica considerat res quoad esse, reliquæ verò scientiae
vi plurimum quoad operationem, Esse verò quam operari prius.

Utrum

XV.

*Utrum Ens de Deo, & reb. creatis ouvawū-
mws an verò ὄμωνūμως prædicitur. A. quod ouvawūμως.*

1. *Quia modus prædicandi sequitur modum essendi. D E V S
verò fons, & radix, ut loquuntur sapientum scolæ omnis essentia, re-
liqua verò creatarantum natura pertinet. id est inquit Philosophus ὁ
λέγειται μὲν πολλαχῶς, ἀλλὰ φόστιν, καὶ μικρὰ φύσιν, καὶ ἔχ ὄμωνūμως.*
2. *Quia Ens primum illud est, quod subit intellectum, de uno quoq;
prædicabile igitur, Ens autem de primo, à quo reliqua omnia habent
non nisi univoce. 3. Quia impium esset. & profanum dicere D E V M
esse NON ENS, vel accidens, ut taceamus quod Adoranda Maiestas,
divina Entis denominatione sicut ipsam explicarit. Supervacuum
autem est modum prædicandi supernaturalem hic constituere.*

XVI.

*Utrum Metaphysica scientia sit cum de
conceptibus quoq; agat. R.*

*Metaphysicæ agit tantummodo de ipsis, quæ Entis sunt, non ver
mentis τὰ πάδη, quia Ens quatenus Ens contemplatur, Entis igitur
affectiones erunt; Quod verò de genere specie, &c passim percipiat, id
non facit àm definitionis corundem investigandæ ergo quam usus, non
enim cōmodè tractari res in scientiis possunt citra Logicorum huiuscce-
modi terminorum usurpationem. Idq; plurimis Rami cavillationibus
fundamentum opponimus. Præterea in reb. aliquid est quod hisce
correspondeat.*

XVII.

*Utrum Metaphysica (Philosophiam primam.
& Theologiam Humanam vocant DD. Scholastici)
sit utilis. N.*

1. *Quia solum & rnicè comparata ad perfectionem animi. 2.
Quia eo pacto distinguitur à Prudentia, quod hæc utilia quæ sunt
nihil, illa ignoret, dicit inquit Philos. Αἰτιογένεια, καὶ θελητικὴ τοιώτερη
σόφις μὲν φρεστῆς δε τὸ οὐσιον εἶναι, ὅταν ἴδωσι αγαθοτάτα, τὰ συμφέροντα
ίστοις. 3. quia circa talia è quib. vita humana nullum omnino re-
dundat emolumentum, καὶ γενια μεν, καὶ θευματα καὶ χαλεπα, καὶ θεια
μηνα εἰδεις αυτοις ἐξεγενε δι' οτι τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθα την ποτι
Mentis verò perfectionem quis nisi amens cum illa aliqua utilitate
est commutari uult;*


DISP. II.

Fc 1249. gr
f



bitte noch kein
Sammelbd. verknüpfen
noch Ausleihe
an: Retro-Ecke
OL
Zurück!

VD 17



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

